



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 59. Opinionum diffensio inter Patres circa Sacramentum Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

ti Epi-
am res
locum,
& Ec-
ti ma-
fine al-
in ali-
nullam
creandi
affirma-
figmen-
ntiquos
si Epi-
eslet,
id sic
is eslet
deest,
ue legi
um Do-
nes ha-
nuntia-
titula-
ac Apo-
m Præ-
odi Pa-
iæceſi,
it, eo-
is insi-
gnes
non a
allegat,

gnes forent, iisque Episcopatus cum Sæcul. XVI.
Clero, & populo conferendus esset. A C 1563.

§. LIX.

Opinionum diffensio inter Patres circa Sacramentum Ordinis.

Hæc libertas, qua quivis pro arbitrio *Pallav. l. 2.*
suo tumultuatim obvia quæque *c. 4. n. 5.*
proponebat, nonnihil molesta Legatis *& s.*
acciderat: majorem tamen ipsis sollici-
tudinem incutiebat opinionum diversi-
tas, qua tres celebriores Nationes cir-
ca doctrinam de Sacramento Ordinis
inter se scindebantur, cum Galli quam-
cunque vocem rejicerent, quæ summi
Pontificis prærogativam supra Conci-
lium indicaret, aut Florentinam Syno-
dum comprobaret, vel officeret Basi-
leensi: econtra Hispani Concilium Flo-
rentinum asserebant legitimum ac Pon-
tificis supra concilia auctoritatem pro-
pugnabant, iidem tamen petebant, ut
aperte definiretur, quod Episcoporum
institutio, eorumque jurisdictio sit ju-
ris Divini, tametsi a Romano Pontifice
deponderet: porro Itali fere universi,
& pauci etiam ex memoratis duabus
nationibus, aliisque, sententiam ma-
gis propitiam Pontifici in singulis ca-
pitibus tuebantur.

Hæc opinionum varietas mox aliam
procreabat, dum quæstio movebatur
circa

Sæc. XVI. circa concipiendos Canones de summi
A.C. 1563. Pontificis auctoritate.

§. LX.

*Variæ opiniones circa Canones de
auctoritate Pontificis.*

Ex Patribus contendebant nonnulli,
quod summo Pontifici tanta tribue-
retur potestas, quanta inerat Divo Pe-
tro: „quænam enim alia, inquietabat
„Romanæ Curiæ fautores, est illa sancti
„Petri auctoritas, quæ non itidem in-
„venitur in summo Pontifice? ipsi enim
„data est omnes Christi oves pascendi
„potestas: „verum hæc vox *omnis* vi-
detur indicare sensum, prout Scholæ
loquuntur, *distributivum*, non autem
collectivum, adeo, ut significet quam-
libet oviculam, nec totum gregem in
uno congregatum. Insuper cum defi-
nire placuisse, quod soli Episcopi *Se-
dis Apostolicæ* auctoritate instituti, sint
legitimi, postrema hæc verba itidem
dubio, atque obscuro sensui obnoxia
videbantur, cum olim Patriarchæ Orien-
tales iisdem uterentur, præcipue illi,
qui iis præerant Ecclesiis, quarum Epi-
scopi ab Apostolis erant instituti. Pro-
ponebatur etiam, Canoni, qui de sum-
morum Pontificum auctoritate ageret,
addenda esse hæc verba: *Pastores Uni-
versalis Ecclesiae*, cum illa desumpta essent

ex